



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 429. Usque Ad Annum 483

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117816

§. 6. S. Jacobus Syrus, & S. Baradatus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66052](#)

Sæculum V. tera prosequamur, dicendum nobis est,
A. C. 457. quales hi viri Sancti fuerint, quorum
 consilium sicut & primorum in orbe Epis-
 coporum requirebatur.

§. VI.

S. Jacobus Syrus, & S. Baradatus.

Theod. Phi- Inter memoratos tres viros Senior erat
tot. c. 21. S. Jacobus, quem Syrum vocabant, S.
 Maronis Discipulus. Hunc in monte tri-
 ginta stadiis, id est, una Leuca, & dimi-
 dia ab urbe Cyrensi distante degentem,
 Theodoretus optime noverat. Is sub

Dio vivebat, sine tecto, sine claustrō, om-
 nibus aeris injuriis nunquam non expo-
 situs, & oculis ad se invisentium conspi-
 cuus. Jam solis radiis adustus, alio tem-
 pore nivibus coniectus visebatur. Sub
 veste catenas ferreas magni ponderis ge-
 stabat. Nunquam ignem excitabat, ne
 quidem ut sibi cibum coqueret; nihil
 autem præter lentem, aqua maceratam,
 manducabat. Multa patrabat miracula,
 febribus, aliisque morbis laborantes fa-
 nans, & Dæmones ejiciens. Aqua, cui
 benedixisset, variis malis medebatur.
 Puerum annorum quatuor defunctum vi-
 tæ reddidit, quem Theodoretus se vidis-
 se, & Patrem ejus miraculum enarran-
 tem, audivisse dicit. Cum vir Sanctus
 ægrotaret, populus circa eum congrega-
 batur, corpus defuncti ablaturus, nam
 ipso

ipso vivente Ecclesia fuerat ædificata, ad Sæculum V.
quam, si moreretur, Reliquiæ deferren- A. C. 457.
tur. Theodoretus loculum eidem præ-
paraverat in Ecclesia Apostolorum; at
S. Anachoreta precibus instantissimis coe-
git Episcopum, ut promitteret se corpus
eius in suo monte sepulturum, cumque
loculus illuc fuisset translatus, in eo S. Ja-
cobus Prophetarum, Apostolorum, Mar-
tyrumque Reliquias, quas undecunque
collegerat, condidit, ne quis dicere pos-
set, hoc ipsius esse sepulchrum, corpus
vero suum in alio loculo prope Sancto-
rum istorum Reliquias deponi voluit.

S. Baradatus initio tuguriolum inha-
bitabat, penitus inclusus; in rupem de *ibid. c. 27.*
inde ascendit, & quasi arculam intravit,
adeo exiguum, ut caput erigere non pos-
set; quia autem ligna arcte satis non jun-
gebantur, quasi in aviario fedens, pluviis,
& solis ardoribus patebat. Cum diu ibi
fuisset, suadente Theodoto, Episcopo
Antiocheno, exiit, & habitavit sub Dio,
versus quod extensas manus continuo te-
nebat. Tunica pellicea vestiebatur, quæ
totum corpus ita tegebat, ut solummo-
do nares, & os ad hauriendum aerem
paterent. Ad quæstiones se interrogan-
tium aptissime respondebat, & Theodore-
to teste, illis multo sapientius argumenta-
batur, qui Aristotelis labyrintho inextrica-

B b b 5

bili

Sæculum V. bili operam dederunt. Nihilominus vir
A.C. 457. erat profunda humilitate.

§. VII.

S. Simeonis Stylitis Initia.

e. 26. vita per Anton. ap. Resweid. p. tus. 170. Philoth. cap. 26. Sanctus Simeon in Ciliciæ oppido, quod *Sisan* dicebatur, in finibus Syriæ na-
tris, anno ætatis decimo tertio oves Pa-
tris sui pascebatur. Una die, qua ob vim
cadentis nivis gregem educere non po-
terat, cum parentibus in Ecclesiam con-
cedens, illud ex Evangelio recitari audi-

Luc. 6. 21. vit. 25. ubi legitur; Beatos esse, qui lugent,
& infelices, qui rident, rursusque, Be-
atos, qui puro sunt corde. Quæsivit ex

aliquo Sene, qua ratione hanc felicitatem
consequi posset; is respondit, per je-
num, orationem, humilitatem, & pau-
pertatem, suasitque, ut aliquod Monaste-
rium adiret. Morem gessit juvenis, &
Monasterium vicinum ingressus, inter
Monachos duobus annis initiatus est.
Cum vero vitæ perfectioris desiderio ve-
hementer ageretur, Theledum oppidum,
ad radices montis Coryphi inter Beream,

Philoth. c. 4. & Antiochiam, situm se contulit. Duo
ibi erant Monasteria, in quorum altero
Monachis octoginta Heliodorus præterat.
Ibi Simeon per annos decem moratus, vi-
tae austernitate ceteros Confratres longe
superavit; nam, cum alii altera semper
post intermedium diem cibum caperent,

ipse